Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Excerpta ex operibus Augustini et sermones - Cod. Aug. perg. 152

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [9. Jh.]

Besitzvermerk: lib[er] mon[asterii] augie maioris.

urn:nbn:de:bsz:31-42034

Visual Library

Aug. perg. 132 · lib. mon. augie maioris.

Vocem meam ad dominum clamaui. id est non corporis uoce que cum strepitu uerberati aeris promitur
sed uoce cordis que hominibus silet. deo autem sicut clamor sonat. qua uoce susanna exaudita est.
Et de qua uoce ipse dominus precepit ut in cubilibus id est in secretis cordis sine strepitu oretur.
Nec facile quisquam dixerit hac uoce orari si nullus uerborum sonus reddatur ex corpore.
quoniam & silentes cum in cordibus orant si alienentur ab effectu orantis cogitationes. In securus
non dum dici potest uocem meam ad dominum clamaui. Neque hoc recte dicitur nisi cum sola anima nihil
carnis nihilque carnalium intencionum moratione adtrahens loquitur domino ubi solus audit
clamor etiam iste dicitur propter uim ipsius intencionis. Ad locum.

Irascimini inquit & nolite peccare quod duobus modis intellegi potest aut etiam si irasci
mini nolite peccare. id est etiam si surgit motus animi qui iam propter poenam peccati
non est in potestate saltim non ei consentiat ratio & mens que intus regenerata est
secundum deum ut mente seruiamus legi dei. si adhuc carne seruimus legi peccati; aut
agite penitenciam. id est irascimini uobis ipsis de preteritis peccatis. & ulte
rius peccare desinite; Ad Locum.

Exacerbauit dominum peccator. Nemo gratuletur homini qui prosperatur in uia sua
[illegible] maior haec ira dei est. Irritauit inquid dominum peccator
[illegible] id est ut correptionis flagella non patiatur. Irritauit dominum peccator
secundum multitudinem ire sue non exquiret. Multum irascitur deus cum non exquirit. cum quasi obliuiscitur &
non adtendit peccata. Et per fraudes & scelera ad diuitias honoresque peruenit. quod maxi
me in illo antichristo euenturum est. qui usque adeo beatus uidebitur hominibus ut etiam deus putetur.

Qui loquitur ueritatem in corde suo. Non nulli enim in labiis habent ueritatem & in corde non habent. Tamquam
si aliquis dolose ostendat uiam sciens in ea esse latrones & dicat. si hac ieris tutus a latronibus
eris. Et contingit ut uere ibi non inueniant latrones. uerum ille locutus est sed non in corde suo;
Aliud enim putabat & nesciens uerum dixit. Ergo parum est uerum loqui nisi etiam in corde suo ita sit
qui non egit dolum in lingua sua. In lingua agitur dolus. cum aliud ore profertur aliud pectore regitur

Delicta quis intelligit. In delictis autem qualis suauitas potest esse ubi non intellectus. Quis autem de
licta quis intelligit. que ipsum oculum claudunt cui suauis est ueritas. Cui desiderabilia
& dulcia sunt iudicia dei. Et sicut tenebre oculos ita delicta mentem claudunt [illegible] uidere nec te

[library stamp]